neq; erga uos ulla me liberalitate ex re2 mearum
copia uti permittitis. Quo fit: ut cū que uobis da
re volum9 munera contēnatis. In tyrānidis adula
tores & scurras: quibus dare nollemus: ea conferre
necessario cogamur.

¶ Teucro.

ARisthomoni tuo ager datus est:& hyppoliti non vacauit crimine: te uero : ut pollicitus es expectamus. Ego bene valeo si bene ualere est: mlta me aggressum:& plura assecutum:& de te mor gracia meliorē etiā penitere.

¶ Teucro.

PHilodemi uxorem Cleenetā quam nosti teucer: quū nuptiarū filie gracia alloqui uellem negociis impeditus non potui: quibus te huc vocassem: nisi ea gracia te a siracusis relinquendū statuissem: ex quo plane intelligere potes : serio nos de his ad te scribere. Eam igitur adeas:et quinq; ī dotem talenta genero cui filia nupserit policere: non tam muneris q̄ reddendi philodemo debiti gracia. Q si quispiam rogaret vnde nobis tot philodemi pecunie sint:ne scire te.sed ad me qui acceperim:& eum qui dederit in totū referas. et date operā vt leontes gener accipiatur.uenit.n.ad nos:et illā uxorē efflagitat . cui ego omnem operam policitus : ad te q̄ primum misi. Si potiorem tamen generum inueniret mater: nihilo segnius dotem promittas neq; contendas.Siquidem non vnus dumtaxat philodemi gener nobis cura est: neq; cum pecuniarū liberalitate largimur & nuptias.sed noli queso tam negligenter hoc agere: ac si quinq; talenta reddas: sed tanq̄ accipias. Turpe.n.est data pecunia male rem gerere. ubi non ea gracia quā spōte dederim9 dedisse uideamur.Neq; quicq̄ tale efficiam:ut du apud me philodemi pecunie fuerint: dānum ī filie

nuptiis impense utilitatem mihi attulisse nideant. Nã quũ nihil eiusmodi me cõmisisse uiderint: nemo id de me poterint suspicari. Vtinã iniquiorib9 ubiq; moribus Phalarim clamitarent. Ceteꝝ mitte nubenti virgini quatuor equales puellas: & mu liebres vestes quas ad te misimus. & aureos. lx. & q̃ primũ celebrẽtur nuptie admoneas: siquidẽ in hũc usq; diem etiam nimiũ dilate sunt. Munera prompto et alacri animo mittas: ut etiam phalaridis sũptu graciam asseq̃ris. Et hec ita se habeant teucer In ceteris autẽ & tanq̃ uirgini: et mulieri viro or be consulas: ut vsus fuerit. Et quũ eaꝝ desiderio satisfeceris: nuptias cũ matre & magnificas & sumptuosas facito: ne siracusanorũ: aut puelle cognatoꝝ quispiam felici nuptiarum die: miseꝝ pro beato philodemũ appellet: sed aduersam eius fortunã excuperemus.

¶ Teucero.

Philodemi peregre nauigatio tui quidez viri nostri autem incõparabilis amici: tibi glorie filie ṽo. xx. iaz annos domi innupte infelicitati red dere uidetur. Nupta enĩ si post aliquot annos viro careat: in uirtute corroboratur. Filia uero preter etatem virgo crimine non caret. Omnibus nanq; hominibus turpissimũ uidetur: & profecto sic est: ut ultra maturos annos puella innupta remaneat. Iã pridem. n. illius uitã quẽadmodũ tuã apud uirũ laudari oportebat. Sed fortasse philodemi loco quã & tu & ille genuistis filiam: solatium tibi esse existimas. Atqui iniquuz est mariti desiderio priuare.

nuptiis filiam· Neq; idem est carere viro qui pau lopost rediturus sit:& eo cuius nullam adhuc neq; expientiam neq; consuetudinē habueritis:cogaris· Ceteris quoq; nature legibus neq; obscuris parenti/ bus:neq; pecuniaru; inopia laboretis· nullo pacto tante īfelicitatis argumētū ppetiaris·Quinq; apud nos talenta filie dotem reliquit:quū nauigaret phi lodemus:neq; quiq; dūtaxat : quippe cui cōmunes sunt phalaridis pecunie·Quāobrem nescio cleenete quid differas·Nihil opus est ad filie nuptias philo demi aduentu:que in eius reditu reici possunt noli mus preoccupare· Que autem ipsa natura inuitis nobis urget quū fieri possint ne differamus· puelle etas moras nostras non patitur. forsitan philode/ mus his impeditur causis: quibus patre; impediri consentaneū est· Q; aute; natura viro puella: pre ter legem domi desideat : nulla est excusatio·Neq; in presentia tam patre ei q̄ marito opus est·Tu ve ro in his necessitatibus & fortunis absenti patri eti am presentem matrē addi existimas oportere·Nō sic inq̄: sed si mihi obtempaueris: ut uiro feliciter: & filie decori consules · Nam quū alia multa recte absente philodemo effeceris: hoc vnū pre omnibus cōmune bonū annumerabitur:& pudicā uirginem matrimonio honestaueris·Noster autē teucer:quū volueris & pecunias tibi: & si quid aliud ad nupti as necesse fuerit dabit·tu uero q̄ vis iubeas:& phi/ lodemi ad nuptias reditum optato· nō tamē vt in illum puelle etatem reicias : & tuum erga virum

desiderium ut incolumis sit atq; redeat. & alia hu-
iusmodi non minus tui erga ipsum animi sit testi-
monium. ¶ Teucro.

PHilodemi filie nuptias ante tuas nobis reddi
tas lr̄as audiuim⁹. Precurrit. n. fama eos etiã
qui multa utuntur diligentia ad ea que facta sunt
q̄citissime significandum. Et si e longinquo res ge
stas nuncia dea perferat: et nos non ĩmerito ei for-
sitan succensuimus: quũ tales nõ predicauerit: qui
quũ aliorum: tum eius maxime gracia in tãtam dã
namur crudelitatem: siquidem nos vndiq; malos
omnibus proclamat. Quo fit ut qui nunq̃ me vide
rint: neq; experti sint me ac si ad hominũ exitium
natus sim vituperent. Hee igitur mee calamitates
sunt: nec alterius cuiuspiam. Aedes autem in quib⁹
et leontes & theano primũ coiere: ut non habent: ĩ
posterum quoq; habeant permittas: neq; his hime
neum laribus amoueas: ubi celebratus est: dignum
donum & q; iis qui accepturi sunt probetur eas ar
bitramur. Carissima enĩ coniugibus loca sunt: vbi
prima virginitatis vincula soluerunt. Inuidia aũt
apud syracusanos dignior philodemus q̃ misera-
tione iudicetur. Et nemo in summo felicitatis gra
du tam fortunatus: q̃ ille in aduersa fortuna ab in
uidis existimetur. Phalarim autem odio habeant
omnes. Neq; enim innoxium odium recusamus.
Quisq; autem pro se maxime cupiat & si dissimu-
let: huiusmodi sibi amicos comparare.

¶ Philodemo.

Leontes &

Ne

IN magna mihi ſtulticia verſari uideris phi lodeme: ſi tot preces & uota a nobis pro red ditu tuo fieri exiſtimas: quinq̨ talentorum gracia ne nobis pereant: que nulla utilitatis ſpe. neq̨ tue amicitie gracia dedimus. rem profecto ne vulgo q̄ dem dignã. Q̄ ſi omnino vis a te uideri dotatam filiam: nihilominus iſta tua ſunt. Sin negas: addas his totidem: & decẽ talenta dotem ſcribe. vt ſi pla cuerit: dotis pars phalaridis ſit: pars ex philode/ mi facultatibus. Theano autez multa & magna de me tibi referens mihi graciam reddit. Q̄ enim ad huc puella a nobis accepit: mater facta teſtatur.

¶ Cleenete & Theano.

VEſtram beniuolentiam libenter accipimus: quũ phalarim tanto ſtudio appellare conten datis: mee tamen fortune: & ſi nos ipſos defenda mus recuſant. Inuenietur. n. nomen ip̄m ab ipſo ge nere nulli reprehenſioni: accuſationi ve obnoxium Nos autem ob multa et magna que acerbiſſimi fa ti neceſſitate inuiti egimus dãnamur. & meum no men nullam aliã ob cãm graue eſt: q̄ quia legibus non obtempero. Lex uero ipſe ſum ſubditis. Quã/ obrem quam mihi graciam phalaridis appellatio ne exhibuiſtis: eam nunc referatis: ne id nomen im poſitum velitis.

¶ Himerenſibus.

DVſſimus uobis ut ſtheſicoꝝ ad nos: & cono/ nem: & hermocratẽ q̄primũ mitteretis. Vos aũt eoꝝ loco ſameã & licarcũ miſiſtis. Q̄ ſi qualez

me arbitramini: talis esse3: nō ignoro grauissimū ali
quid cōtra uos moliri me oportuisse: eo ꝗ illos mi
hi nō tradidistis: & continuo ad nos & sthesicorus
& conon et hermocrates venissent. Neq; eni cyne/
dus conon uobis cure est: samea & licharcho clariſ
simis: et vestrū omniū humanissimis viris postha
bitis. Verū ego neq; modestos homines: & qui nul
lam mihi: neq; patrie iniuriā intulerint: iiusto affi
ciendos supplicio: neq; cōmune3 grecorū legem vi
olandā duximus. Et si uos plurimas obrogaueritis
quibus contra nos tulistis sententiā. sed quid opus
est hec uerbis explicare? quu3 et mihi: & ad quos
scribo plane nota sint omnia. Atqui neq; uos imi/
tatus sum: neq; imitabor. Ego inq̄ & homicida &
tot sceleribus obnoxius. sed remisi ad uos legatos
vr̄os cū mihi ex duobus alterū impune facere licu
isset: aut cogere uos: vt pro iis illos ad nos mitte
retis: aut his qui in nostra erant potestate suppli
cio affectis: meam in illos iram effundere. Et pro
fecto eo iam res & iniuste uiuendi necessitates rede
gistis: vt nihilo nos peiores legatis vestris interfe/
ctis: neq; meliores seruatis arbitremini. Confuse e/
nim iam res mee sunt & coinquinate: & parum
nobis momenti ad hominum ul' beniuolentiam: ul'
odium: iuste an iniuste faciamus esse intelligimus
Et in hanc vos hymerenses conditionem: maxi/
me & viri illi vestri compulistis: & aliorum qui/
dem quecunq; vestri causa passus sum mala posset
venia dari auctoribus: et preterita obliterari.

Verum q nihil quicq̃ iuste fieri liceat: que pro me ritis pena ab his exigi posset qui auctores fuerint? Preterea longe iniustus esset ut quidam nostra pe rirent iniuria: q̃ si eorum gracia in vos grauius a/ nimaduertere cogeremur. Ego tamen himerenses: et si hec omnia reputarem: & indignarer: et tyran nus haberem: si nõ quos uellem: at quibus interfe/ ctis: nihilominus vos dolore affecissem eis peperci. & hospicio acceptos ad uos remisi. Q si vicissim equi esse uolueritis: que ciuitati vestre calamitates pendent: in duos uel tres conuertere satius ducetis At si conon cuius corpore singuli uestru3 turpiter abusi sunt incolumis seruabitur: vniuerse ciuitatis excidium a nobis expectetis. totis nanq viribus cõ tendemus. ne nihilo nos q̃ opinemini: humaniores experiamini.

¶ Sthesicoro poete.

AVdio te maiorem in modũ formidare: quu3 vires nostras: & que in nos molitus es: tecu3 reputas. Sed admiror q nunc tandẽ formides: & non quũ primũ contra nos agere cepisti: quũ ab in iusta vt dicebas tyrannide hymerenses vendicare uelles. Cogitabas que himerensibus dicis forsitan fi eri posse. Si igitur mortem ut sapientem decet: con temnebas: quid nunc stulte pturbaris? quũ tibi li ceat ea quibus tunc expectatis nihilo imbecilliori animo fuisti iã ppinquãtia generose pferre. Sin ãt ut timidus es: sic timide te ad id qd perpessurus es

supplicium habes. Quid stulte eo i me tempore cla mitasti: & talez tibi comparasti inimicū: quū scele ratum me et crudelem appellares: & ex carminib⁹ tuis uerba in me i contione effunderes? quid autez & musicus poeta dicendi figura. & voluntate vite studiis cōtraria usus es? quū ociosus vacare musis neqȝ magis arduas res q̄ poetā deceat aggredi pos ses. Sed quū pro poeta rempublicam gerere deside res. manent te que non poetas neqȝ musicos: sed po pulares qui supra vires temere audent: quū ab ho stibus capiuntur.

Sthesicoro.

Tyranni sumus sthesicore: non himerensium: sed agrigentinoꝝ. quare tibi ingentes habe mus grās: ꝙ minori mihi adempto pricipatu: ma iorem dedisti. Certo tamen scias ꝙ tyranni agri gentini inimicos nosttos in himera ulcisci poteri mus.

Sthesicoro poete.

Audio te aluntinuz & alexiam profectum & nunciis per ciuitatem missis: pecunias & ex ercitum contra me cogere. Nūq̄ ne igitur sthesico re a reipub. gerende temeritate cessabis? quoz adeo senex sis: neqȝ musarū pudet quaꝝ te studiosum ꝓ fiteris? eas autē ostendis quom iis contra meliores viros utaris: neqȝ filiorū miseret: qui iam viri sunt sed temerarius senex in cogendis militibus & pecu nia: sponte tua versaris: quom inimicū illis tam g̃ uem oppositurus sis qui eos tanq̄ laricem concutiā Ego quidem achiuorū reditus te scribere: & quorū dam alioꝝ heroum stulticiā incusare audio. Tu vo

vt ex alexia in himeram tutus reuertaris nihil cu-
ras? Sed scias velim quod manent te & caphareia sa-
xa: et placteę: & caribdis: et nauplia classis: et nul
lo pacto manus vestras effugies: non inquam & si quis-
piam te deus: secundū vos poetas eripiat.

Himerensibus.

STheſicorū et Cononem: & dropidā apachin
no in peloponensum pro corinthiis ad quos
eos mittebatis nauigantes a nobis captos scitote.
Dropidam fortasse uobis remittemus. Cononem quam
primnm interfici iussimus. Sthesicorus adhuc salu9
est: donec quo eum mortis genere ulcisci uelimus
excogitabimus.

Himerensibus.

PRofecto nobis himerenses: sententiā uestram
plane ostenditis: quod scilicet nihil interesse ar-
bitramini phalarim amicum ne an inimicū habea
tis. Deus autē recte effecit: & firmissime ab eo mihi
significatum. Confido etiā alia mihi ad votum suc
cessura. Ceterū ego cononē: ut ad vos antea scripsi
interimi quamprimum iussi: quom malum viruȝ & in
ciuitate vestra nulla neque cognatione neque affinita
te iunctum intelligerem: Dropidā ad uos honora-
tum remisi ut decuit. neque enī malus est: neque nos ul
la affecit iniuria. De sthesicoro postmodum consul
tabimus.

Hymerensibus.

LIberauimus sthesicorum himerenses et quecūque
contra nos machinatus est: nō vestri gracia
quam sepius etiā pi[illegible]sset: sed deorum quib9 iis curę ē et hy-

10

merensiũ deoꝝ atq̧ heroũ ei condonauimus : nihil enim hēo ꝙ illos accusem. et si maiorem ī modum de uobis conqueri possim. Ceteꝝ ipsi scitis que naꝫ contra me adortus sit sthesicorus: sed puduit sacrũ virum et sapientia claꝝ: et vere musis credituꝫ cynedo et scelesto cononi annumerare:et una interimere. Atq̧ utinā taliũ viroꝝ fatum cohercere mihi liceret. Vobis autē himerenses maiorē in modũ consulimus : ne sthesicoꝝ ingrato : et ei non consentaneo gerende reipub. onere distrahatis:siquidē ab iis qui alexiam proficiscuntur accipimus: inuitꝰ his sed negociis implicat:sed puicacia vestra vincitur. Nolite igitur his in rebus eo uti: quibus non sit idoneus:sed libeꝝ esse et lyre sue vacare finite. neq̧ eiusmodi inimicos ei comparetis:qui nō itidē fortasse cũ illo agent. Qꝫ si omnino opꝰ est qui rei publice curā suscipiat:talem ei perficiatis:quos cũ ceperimus pro utriusq̧ vestrum uoluntate sine superstitione vlciscamur.

¶ Sthesicoro poete.

Si eum non tui : sed nepotis tui grā misiimꝰ. Dignus.n.adolescens est de quo ratio habeat̄ cũ ginnicis certaminibꝰ nihilo sit agesilao inferior Equidem quantuꝫ in nobis est summus euaderet velim. Argentum quod a nobis coram accipere noluisti : nisi in presentia acceperis : proditionis te apud hymerenses insinuabimus. Et si ita constiterit grauius profecto hoc fuerit : q̃ que ad te primum mittere decreuimus. Ceterum age sthesicore

hec musarũ studia: quaꝝ gracia & clarior omnib9 es et admirabilior: & ama & complectere·expectabam in quibus maxime probatus es similis calidissimus esses·

Shtesicoro poete·

TV de nobis sthesicore nihil quicq̃ neq; versibus neq; alia ratione dicas: nihil enim mihi potius est: q̃ si mee taceantur· de aliis sine inuidia arbitratu tuo loqui poteris: et dea tibi inspiret·Ciuiles autem curas nostro maxime exemplo fugias: qui cum omnium beatissimi videamur: nobis conscii sumus quãtis afficiamur calamitatibus: ꝙ si tibi merito ob occupatam sponte nostra tyrannideʒ hec pati uidemur: tibi autem remp·gerenti: grauius nihil euenturũ arbitraris: rebus nostris in presentia omissis: tuas considera diligentius·Nemo·n·pro meliori huiusmodi viuendi ratione suscepta: rempub·gessit· Verũtamen tecum reputa: que nã superiori tempe passus sis·que ue tibi impenderant nisi talis tibi fuissem inimicus· At prestat quidem & si res ad uota fortune benignitate succedant: ne omnia ad eius licentiam expiaris·Eteniʒ tu in presentia neq; hierensium tyrannus es: neq; omnibus quẽadodum nos inimicus: sed rempub·geris & amicos: vt tute arbitraris: eos tibi consiliasti: quorũ gracia nostras suscepisti inimicitias· Equidem si liceret tui coniectura accepta: nollem esse tyrannus· Tu tamen quot et quanta ab eis passus sis tecuʒ reputa. Q̃ si eum qui a ciuibus suis bona plurima: nullum autem malum contumeliam ve acceperit·

non secus te ipsũ cõsideraueris:certo intelliges vi-
rum illum qui ciuili administratiõe omissa·priua-
tis rebus vacauerit:maxime fortuna sua delectari

Sthesicoro poete.

Noli curare sthesicore euboli et eriphandis tui apud me accusationẽ:neq; ullo pacto doleas quod insidiaꝝ causas cõtra nos in te:& pulcherria tua carmina retulerint. Equidem quod nobis peri culũ inhimera ĩpenderit: tu nosti. Quod aũt ni-hil grauius ꝑpessi sumus:delectari te magis: q̃ illo-rum gracia dolore oportet:& ꝙ poemata que tibi dee ĩspirant tantas vires habuerint: et quod nos:si quid tibi cure sumus:seruati sumus ĩcolumes. Que enim cõposuisti:ui sua:plusq̃ lira patiatur possũt et phalaris maior ẽ q̃ q possit ĩterimi. Nos autem cũ maxĩe piclitaremur:& tyrãnum gessiũs et fami liaritatẽ seruauim9:neq; te qcq̃ accusam9:quom in vite piculũ vel in ipsã potius mortẽ insiderimus: neq; eniȝ si impiis suis cõsiliis satisfecissent id ꝓba sset stesicorus. Tu forsitan diuinis tuis carminibus tyranni cedem laudares rationes tyranni cedẽ ĩꝓ bam9 a laudibus prosecutus es neque non si quis tu as ĩprobamus sed phalaridis. hoĩnem ĩterimeñ hoc est non tyrannum. si quidem. vt nosti. nõ sum auc tor iniuriarum:sed propulsator. Neq; dropidas neq; illius probatus vir:sed neq; nostri ipse libera tor. Iupiter tute in templo cum eubulo et eriphãto viris iniquissimis permanere posset. in quibus iu-stus factus sũ et procul a tyrannide. Cinedus autẽ

cono & theagoras qui cedez nobis machinati sunt: necnon amithidas et pericles: & alii eiusmodi iustissima ultionis lege perierunt quos & si nõ tanta mihi ius esset modo ultus mori non recusarez. Dicant me homicidã impiũ: sceleratum tyrannũ: multis & magnis sceleribus contaminatũ: neq; si quid grauius in mentem uenit mihi pcant. Nam apud bonos viros uituperare mihi uiderer: si sceleratissimi me homines laudarent. Quorũ alios in taurũ cõiectos cremauimus. Alios cruci affiximus: quũ opus esset ut de se reliquis spectaculum atq; exemplũ preberent: ne quid contra nos molirẽtur. Aliis oculos effodimus. Alii mutilatis membris rota versati sunt Aliis capita pelle nudauimus. Hi omnes iniuste ĩ nos machinati: iure ipso crudelissimã mortem luerunt. Econtra quos tyrannos nos esse confitemur: neq; negamns ad malorũ ultionẽ tyrannidẽ desiderare. neq; in eos crudeles inhumaniq; esse desistem9 Erga bonos autez tales sumus: qualas ante tyrannidem. Nolim putes sthesicore cum poemata in tirannum scribis: te in phalarim scribere. sed prompto animo deos cõplectere: nihil nos reueritus. neq; quicq̃ quod in mentem venit reicias. Nemo. n. phalarim preter fatum quod ab ineunte etate. & si vatum carmina conticeant: in nos habemus interficiet. Id quuz necessario venerit: quandocunq; nolet tanquaz debitum accipiemus. Verum eubulo et ceteris homicidis: cum inuitis fatis nobis insidias molirentur: meritam retulimus graciam: non

eam que lege hominibus qui tyranni cede inanem gloriam aucupantur: sed que a tyranno omni lege potentiores referri conueniat. Palis.n.pectoruz ten9 corā hierensib9 affixi.et aliis affecti suppliciis in cruciatu pnoctarunt. Tu vo ad multos annos feliciter viuas: nec eiusmodi quicq̄ perpetreris oro: tua nanqꝫ iusticia hoc tibi euēturū pollicetur: neqꝫ vnq̄ phalarim in necessitatem adducas: vt talem in te experiaris. Cure autē tibi sint musaꝝ gloriosissimi labores: quos ad me queso mittas: ut presentibus nos leuent sollicitudinibus.

Androcli.

Ego quidem consulto litteras ad sthesicorum misi. nihilo me iniquiore animo euboli in eū tulisse calumnias: & tu hoc mihi dato beneficium: vt fideiussorem te exhibeas: nihil eum contra me machinatum me mihi persuasisse. potius enim neqꝫ illos quidem primum quas confessi sunt insidiis: q̄ sthesicori poematis gracia: & non suapte malicia me adortos existimabo.

Aristolocho.

Sidcirco contra me tragedias scribere induceris: ꝙ captum a me sthesicorum dignum quem liberarem existimaui: ac si in omnes poetas humanissimum me exhibeam: longe a veritate aberras. Non enim pari ratione poetas: sed bonos poetas. Neqꝫ inimicos: sed generosi animi

inimicos ꝓbamus. Tu autem quū poeta quidē ma lus sis: inimicus vo ignauus: & animi vi: & poetica facultate: sthesicoro te equiparas. Sed qd ego inter esse censeam: q̄primū cognosces: non eoꝝ gracia q̄ contra nos scribis: si quidem admodum degeneris animi essem: si fabulas tuas curarem. Sed qm̄ quuz tam malus & iniquus sis et poeta: pari te honore et sthesicorum dignum arbitraris.

Sthesicoro poete.

Nicocles siracusanus: non ignoras fortasse quē dico: nā propter familie nobilitatem non is est qui possit ignorari a sthesicoro: vxoris sue obi tum graui & in modico dolore luctuqꝫ prosequit̄: nec īmerito. Euenit.n.ut eandem & sororis ex mr̄e filia: haberet & uxorem. Is inq̄ nycocles: quū mu/ tuum inter nos amorez intelligeret. Cleonicū frēm ad me misit: qui me suo nomine peteret: vt te ora rem vxorem suā tuis versibus cōmendares. Etenim vt a siracusanis accepimus: qui quū reliquas uirtu tes: tum incredibilem eius pudiciciā testantur: nō indigna est que ore tuo laudetur. Nam et si cauen dum sit in nostre etatis homines quicq̄ laudis scri bere: ne poesis venalis uideatur: sitqꝫ et fidele offi cium: neqꝫ sententia nostra improbandum: noli tamen tui egre animi consuetudine abiecta: meas preces contemnere. Non enim decet petentem pha larim negligi a sthesicoro: non ꝙ aliquo meo in te officio debeas: sed ꝙ habitam de te erga nos opini onem confirmari postulamus. Da igitur prompto

animo ingenio tuo dignũ beneficiuꝫ: quod mihiip
ſi efflagito: accipiam autem in amicũ. Reliquũ eſt
ut ad graciã cleatiſthem ſiracuſanam genere. eche-
cratide filiam nicoclis: ut diximus: & ſororis filiaꝫ
& vxorem: & matrimonio iunctã annos xvi. trige
ſimo vita functã morbo: duobus relictis filiis ad-
notes. Capita ſubiecte materie hec ſunt. Inſpirent
autem tibi in his verſibus: que tecum ſemper ſunt
dee & tuum ſacrum & glorioſum caput muſe exor
net cogitatio: quũ aliis laudibus: tum his quas ad
te in clariſtem miſimus.

¶ Nicocli.

MIſimus ad ſtheſicorum quemadmodum ſup
elegia rogaſti: & argumentum ei expoſuimꝰ
vt oportuit. Is libens mihi pro ingenio ſuo ſe fac
turum promiſit. forſitan enīꝫ exiſtimaui ſapientiaꝫ
ſuam meroris tibi ſolatium allaturã. Hic autem do
lor difficilis conſolatu eſt: & q̃ ut verbis leuari po
ſſit grauior. Nam quũ duplicis neceſſitudinis no-
mine deuincireris: de vtroq̄ doles: ſororis. ſ. filia et
uxore cariſſima: forma quidem egregia: pudicitia
vero tanta: ut nulli poſt ſe mulieri ſecũdũ relique
rit locum. Quare perturbato animo & omni ſpe a
miſſa: nunq̃ lacrimas remittis: & vix tue conſulis
ſaluti. Atqui non grauius res humane ferende ſunt
q̃ poſſit animus tolerare: neq̄ virtute dignũ effece
ris: ſi merore diſpereas: & calamitate miſerabili
victum te profitearis. Verũ age nicocles pauliſper

dolore remisso: miseram hominũ vitam considera: & que nostra sit conditio. Singuli ad inumeras nascimur miserias: & quom vita defungimur tum miseri esse definimus. Iocundã autẽ hanc vitam ducimus: eo ꝙ nihil morte grauius opinamur: ut etiaꝫ qui ante nos moriuntur misereamur: quũ minime nos lateat: non multo post idẽ nobis iter necessario conficiendũ. Neqꝫ potius eoꝝ gracia: q̃ nostra lacrimas effundebas. huiuscemodi est humana conditio nicocles: & ad hunc exituꝫ omnes viuimus: nec est reruꝫ omnium que imperiosius humano generi dominetur. Idem fatum mortalium omniũ est: & a nemini mutari potest. Vides ne me tyrannũ quẽ omnes homines violẽtissimũ arbitrantur: & si me omnes violentiorem predicarent: mortem tamen nulla ratione supare: neqꝫ quicq̃ grauius in eaꝫ animaduertere possem: sed ei cedã: quuꝫ ultimus vite dies aduenerit. Atqꝫ vtinã ad hoc etiaꝫ assecuti essemus principatum: non ut meipsum a morte vendicarem: nam fortasse ante prestitutam diem morte dignos nos quispiam dixerit: neqꝫ nos contradicimus: sed ut ab his qui & virtute & moribus q̃ longissima uita digni sunt: fatalẽ arceremus necessitatem. Veꝝ quũ illa in nos non nos in illam tyrannidem exerceamus: equo animo ferenduꝫ est non ea tantũ ratione: ꝙ nihil luctu nostro proficere possumus: sed ꝙ illius animam: si te tanto dolore torqueri senserit: dolituram in morte credibile est. quum te & uita plurimum delectauerit: & que tibi

grata erant incredibili leticia prosecuta sit. Neq̧ ꝑ Iouem tibi soli ꝙ tali vxore priuatus sis: sed & illi q̃ tali viro egre ferendum est. Q̃ igitur neq̧ primus neq̧ solus in hec mala incideris: humana tibi equo animo toleranda persuadeas. si nõ meo exemplo: qui multis & variis calamitatibus agitatus: promptissimo animo mortem expecto: at saltē ꝓpter nature equalitatem: quippe que omĩb9 cõmunis sit: q̃uis a plerisq̧ maiorem ĩ modũ formidetur qui autem eam non iniquiore animo ferunt: hi trãquilliore vita fruuntur.

¶ Sthesicoro poete.

QVod carmina pro clearisthe edideris magna tibi & ĩmortalis gracia habetur. Promptum enim precibus meis te exhibuisti: & singulis argumentis incredibili artificio te accomodasti: & carminis tui elegantia maiorem ĩmodum probata est non mihi dumtaxat: me enĩ omnia sthesicori eque delectant. sed cõpluribus agrigẽtiorũ vna audientibus. Extabunt autem non apud eos tantum qui ea audierunt: & qui in presentia sunt homines: sed in omnium qui post nos futuri sunt memoria. Graciã igitur pro his versibus tibi: ut dixi debeo. meo nanq̧ hortatu: & huius etatis & futuris hominib9 tales musaꝝ cantus largitus es. De me aũt q̃ ꝑ epistolã tuã significasti: per hospitalẽ Iouẽ: ꝑ cõmũes lares: nihil neq̧ ut pessimus sim: neq̧ ut bonus: in

poemate tuo memineris· Mea ſiquidem fortuna ſit ut aures a nomīe meo abhorreant· Scribatur phalaris in ipſo ſtheſicoro : ſiue melior q̄ hoīu3 opinio ferat: ſiue contra habeatur·

¶ Pelopide·

QVod me rogabas ad ſtheſicoru3 nullo pacto ſcribere: neq3 ſi ſcriberem mihi morem gereret: vt in quēpiam vita functum carmen ederet : ſatis gracie ab eo accepiſſe mihi uideor q̄ ī nicoclis uxorem carmen fecerit· Tu igitur quid vis a nobis optato: q̄ non in alienas: ſed in noſtra ſit poteſtate·

¶ Filiabus ſtheſicori·

MEroris veſtri filie quā nā aptiorem uobis cō ſolationem quiſpiā afferat quā virtutē paren tis ſuper quo lugetis? Non·n·lacrimis ſtheſicorus: ſed laudibus proſequendus ē · Equidem nolim om nino vos neq3 mortuos lugere: neq3 plangere : non quin cōiter hi affectus neceſſario omnibus accidāt ſed quoniam miſerorum ſint quorū non mors : ſed vita: uel potius magis debeat deplorari : non ſtheſicori qui tot annos cum ſanctiſſimis diebus in choreis et in cantibus muſarum uixit : cuius nomen in honoribus & laureis īmortale ſeruabit: qd̄ profecto neq3 hac: neq3 veteris etatibus maius futurum ſit: ſiquidē nō alia q̄ īmortalis & oīa continent dei ſorte ſtheſicorus frui mihi videt̄ · Quare magni & clariſſimi pr̄is filie: q̄ tanto parente digna ſint nos ſapere oportet· Nō·n·pa2ꝝ uobis cōtēnendū eſt: vt nō multo eo inferiores efficiami· S3 & nolite felice3

herois sortē deplorare nō breui tātū:sed seculis om nibus beatū·neq; honoꝝ quos illi tanq̄ deo himerē ses decreuerūt:clarissimā gloriā auferatis· Nō·n·il le qꝺ nos certo scimus:egre tulit vrgentis fati nece ssitatem· neq; hi quū clarissimos heroas qui ꝓ glīa occubuerūt:in pulcherrimis cecinisse poematibus. que uobis possessio dignissima sunt: & exempla vi te honestissima· Ipe cū diē suū obiret non pauidus ꝯstitit·Certo nanq; scitote filie quū a nobis captus sthesicorus in nostrā venisset ꝑtātē:nihil qcq̄ for midauit·neq; tanq̄ graue quiddā perpessurus:fra ctus animo est·Quippe qui longe generosior capti uus nobis visus sit q̄ hostis· Victa igitur tyranni dis nostre acerbitas ab eius sapientia est:non ꝙ qc q̄ uellem in eum grauius animaduertere : sed quuȝ cruciatus meos muneri ascribebat ·Ego enim inu meris eum laboribus capere conatus:quū assecutus sum: nihil habui quod mallem: q̄ graciam ei habe re:vt a me beneficium acciperet· Ex quo non debe ri mihi ab eo graciam: ꝙ duodecim euȝ annos:tot enim postea uixit seruauerīȝ: sed ei me arbitror de bere: ꝙ & ad alia nos corroborauit · & solus om nium ut mortem contemneremus effecit·

¶ Teucro·

Captiuoruȝ precia que a thauromenitanis ac cepimus: nō nostra:sed sthesicori gracia red das· viuit enim ille ad eorum usum:qui a nobis ac cepturi sunt beneficium : quū aliud a me petieris·

Verum ei gracia pit: quũ in igratos collocetur.

Filiabus sthesicori.

TS Auromenitani p quibus ad me scribitis mã datum a patre: quũ uita defungeretur: habu isse nulla digni sunt clementia. Hi enĩ ne minimu3 quidem a me offensi: aduersum me bellũ susceperũt Sthesicorus vero non hoc modo quod petitis: ut. s. captiuoꝝ pretia que a thauromenitanis exegimus reddi mandemus: sed quibus etiam supra vires nostras a nobis pmeritus est. licet. n. mortuus nõnullis uideatur: nemo tamen qui recte sentiat: id dixerit. Mihi quide3 sthesicorus viuit: neq3 tantũ apud me thauromenitarũ odium valeat: ut sthesicoro aliquid petenti quod phalaris habeat negetur. Oms nanq3 homines ab illo vinci decet: me autẽ omniũ maxime qui in tot hominũ milibus quot expertus sum: prestantioris animi viderim neminẽ. Nos igitur thauromenitanis pecunias reddi iussimus: neq3 mediussidius hanc patri vestro graciam referre sed ab eo potius accepisse existimamus.

Cresippo.

TEq3 primũ cũ thauromenitanis bellũ iniuste contra nos inferentibus: captios accepto premio liberauimus: eis blãditi sum9. Cõe3. n. grecoꝝ legẽ abrogare noluim9: neq3 cũ postea acceptũ preciu3 reddidimus: ea reddidim9 rõe vt illis bñficiũ impartiremur queadmodũ exprobrasti. Sthesicoro aute3 p filias legato obtempauim9. Thauromenitani igitur mortuo sthesicoro: eoꝝ que a nobis asse

cuti sunt. sibi habendā graciā sciant. Sthesicorus au tem suis moribus. Ego quidez quū multis & mag-nis de rebus ei graciam debere intelligā: neq̧ lega-tionem eius obliuioni mandabo. neq̧ ignoro. quuz p eam hoc a me petit & assequitur. Thauromenita nos quidem pecuniarū beneficium: nos autē huma nitati: quo oīs ꝓrsus nos exptes existimant: testi-moniū accipere.

¶ Himerensibus.

EGo quidem omnia sthesicori gracia facere pa ratus sum: ut tā & si contra ipsa fata arma su mere oporteret de morte contendere non piget. vt diuinū uirū: & a vobis & ceteris hominibus carmi nis elegantia laudatū liberarez. quē sanctissime mu se omnibus pretulerunt vatibus: per quem & can tus & chorece plurimū ualuerunt. Verū animaduer tite ubicunq̧ sepultus sit sthesicorus himerensem esse & suarum virtutum gracia omnis etiam pa-trie ciuis vocabitur. Manebit autem uester: neq̧ mortuum sthesicoruz: sed in poematibus suis: que cum uniuerso orbe cōmunicauit viuere arbitre-mini. Veniat uobis in mentem himerenses apud vos eum genitum: educatum: eruditū: in versibus poematibusq̧ cōsenuisse. Apud cathanios autē: & quidem uolentes nature cessisse. Et in himera tem plū sthesicoro īmortale ꝟtutis eius monumētū con datur. In cathania ꝟo sepulchrū. Sup hoc ut satius vobis uisum fuerit cōsulteť. Neq̧ pecuniis q̄tum nobis erit facultať: neq̧ armis egeř uos arbitremī.

Vnum tamen aduertatis uelim : neq; decori uobis quū siculi sitis : futurū in sicilia ciuitatem capere : neq; si non caperetis tutum· Ceteꝝ nolite sthesicori obitum fletu & planctibus prosequi : neq; illius casu solicitemini· Mortuum nanq; sthesicori corpus ē: nomē aūt ppetuo in uita qdē gloriosum: in memoria aūt beatū seruabit̃· Preterea carmina & varia poematum eius genera: & publice in omnibus templis & priuatim quisq; domi habeat: & hortor & admoneo· Tunc enim vere morietur sthesicorus quū carminū eius monumenta non amplius extiterint· Quāobrem ad alios quoq; homines ea mittenda curetis diligenter non ignari longe maiorem q̄ talem virum tulerit ciuitatem q̄ qui miserit: laudē consecutura·

¶ Alphonso Regi·

QVatuor phalaridis ep̃las quas nup in alio libello inuentas in latinū traduxi· solita clemētia tua accipias oro diue alfonse: qui miro amore: et lr̃as: & litteraꝝ studiosos amplecteris: foues: extollis· Paruū profecto munusculū: non tn̄ ut spero serenitati tue ingratum· In his enī dignam principe liberalitatem· clementiā: animi magnitudinem cognosces· Atq; utinā non primū omnes editas immortali nomini tuo inscriberem· Sed quod factū ē: accusari potius q̄ emendari licet· neq; optionis ulla utilitas est: cuꝫ res in integrū restitui neqt· Veꝝ si serenitati tue studiū meū placer̃ itellexero: qcqd deiceps aggrediar: felicissio nōi tuo libēs dedicabo·

¶ Phalaris Aliphanti & Trasibulo.

QVas mutuo vobis pecunias dedimus: teucro reddidisse dicitis: teucer recepisse negat. Mihi hercle nulla causa est cur aut uobis: aut illi non credam. Vos ei tanq̃ amico reddidisse asseritis. Quã obrem ueritatis ignarus: ne cuippiam uestrũ diffidere videar: ac si acceperim: rões uestras admitto. Atq; utinam potius semp me veritas lateat q̃ fraudem deprehendã. Satius enĩ multarũ pecuniaruꝫ q̃ amicoꝝ dannum arbitror quandoquidẽ necesse est ut re deprehensa: qui mentiendo mihi iniurias intulerunt: ꝑ amicis inimici apud me habeantur.

¶ Paurole filio.

NOn multas ꝑ deos im̃ortales a me pecunias te petere arbitror. sed facultates meas minores sentio q̃ ut filii possim virtuti obtemperare. Sꝫ vtinam in tot quot dicis impẽdas: q̇ si ita facies: amicis potius qui accipiant: q̃ patris liberalitate carebis. quem enim clara procedit largitio: sequitur ut animi sui magnitudine digna possideat. Vbi vo ad agendũ quis prompte accesserit: ei fortune officiosam sepe paratãq; exhibet. Noli igit̃ me quicq̃ veritus huiusmodi uti uerbis: ac suspicari tanq̃ nõ libenter pauca in filiuꝫ conferam: cuius gracia omnia comparaui. Tantũ.n.abest: ut te in amicos liberalitatꝭ reprehendã: ut incredibiliter delectatus te admoneã: q̃ tãta humaĩtate digna sunt sentias: vt nõ solũ in pn̄tia animi tui magnitudinẽ on̄das: sed hac tibi consequente fortũa: eandẽ semp serues

voluntatem. Quod igitur tibi generose paurola damus: libenter damus. & abs te recipimus graciam quũ istũ impẽdendi modũ teneas qui tã bonã spem pre se ferat & virtutem.

¶ Peristheni.

EVboli et eriphandi qui ĩ me cõiurauerũt vxores quas captiuas ad me & tanq̃ perituras misisti: quũ ante hac enixe interimere studuissem: nũc tñ seruandas censui. Admiraris profecto ꝗ meaꝫ in eas irã extinxerĩ. sed si cãm audieris: ꝗ ob incredibilem quandã eaꝝ animi nobilitatẽ: longe magis admiraberis. Nã quũ eas ꝑcõtarer an insidiaruꝫ ĩ me conscie maritis suis fuissent: nõ id modo sed una quoq; cum illis ĩpetum in tyrannũ factu/ras sese asseuerauerũt. Et quũ qua nã mea vel magna uel parua iniuria peterẽ: priuata quidem nulla sed publica dixerũt. Cõmune nanq; esse iniuriã liberã seruire ciuitatem. Rursum quo naꝫ pacto sui in me odii meritum suppliciũ sumerem: interrogata morte rñderunt. Quãobrem qui tanta virtute: & animi magnitudine morerentur: eos viuere & non mori arbitratus peristhenes oportere. & ego iuste peperci. Et tu quicquid cum his cepisti: accersitis earũ necessariis redde. ne ullam accepisse iniuriam conqueri possint.

¶ Euanoro.

ATte & hieremenses oms: ĩmo plurimos sicuti loꝝ nosse arbitror: ꝗ in himera compositis ĩ me insidiis: utpote iustior cõiuratos exupaui. Non enĩ tentati facinoris ĩ templo suo iupiter tã iniqu⁹

iudex extitiſſet: vt iuſte illos rē aggreſſos iiuſtos in
eius tradidiſſet poteſtatē: qui merito ab his fuiſſet
piturus hec nemo aliter exiſtimaret Veꝝ cū audiā
ſtheſicoꝝ egre ferre: ꝙ inſidiarū cām ī ſuā poeſi eu
bolus & eriphandus retulerit: nollem eū ac ſi mihi
id perſuaſerint egre ferre Nam ſi eius poematibus
vt dicunt attendiſſent: nō deſperantis īprobitatis
ſed ſumme bonitatis ꝑmiū accepiſſent.

¶ Franciſcus Arethinus Clar. atq; preſtan. iu
riſcon. Franciſco pelato patauino Regio conſi
liario: Salutem.

SCripſiſti ad me franciſce patauine vir exi-
mie: vt epiſtolas phalaridis quas pauloante
e greco in latinū traduxera3. ad te mitterē. Qua ex
re quanti me faciat humanitas tua oſtendis: qui r̄s
meas licet incultas: pro tua in me beniuolentia: q̄ a
docto ore tuo legerentur dignas duxiſti. Ego autē
& ſi ante acceptas litteras tuas. de his ad te mitten
das cogitaſſem: dediſti tamen ne arrogantie argue
rer: qui eas talem virū mittere auderem. Nūc quū
ſponte tua petas: tam libenti animo ad te mitto ut
nō dare. ſed accipe beneficiū mihi uidear. Nā ſi ſub
tili & perſpicaci iudicio tuo laudabunt̄: eas in me-
diū proferre auſus: docturū iudiciū nō ampli⁹ for
midabo. Vale.

¶ Qui modo notus erat nulli penituſq; latebat:
Nunc phalaris doctum protulit ecce caput.

¶ Nobili In vrbe Maſſana. Per Henricū alding.

¶ Registrum quaternoꝝ & folioꝝ.

Primum vacat.
¶ Francisci
historia
tarquini

Qui docuerat
vestram
te optimum
enim si.

Principatum
creditoribus
dolore affi.

¶ Niusidi
perseuerauerit
partem inter
nium piissime.

Certo scio
nuptiis
desiderium.

Non secus
eam que
animo
grata erant.

F I N I S.





